



Proprium de Tempore.

Pars Æstiva.

In Fests SS. Trinitatis.

DUPLEX II. CLASSIS.

IN I. VESPERIS.

*Añæ et Capitulum ut in
Laudibus. 185.*

*Psalmi ut in j. Vesp. de
Communi Apostol. [2]*

Hymnus.

AM sol recedit
igneus;
Tu lux perén-
nis Unitas,

Nostris, beata Trinitas,
Infunde amorem córdi-
bus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecámur vespere;
Dignéris ut te súpplices
Laudémus inter Cælites.

*Patri, simúlque Filio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.*

V. Benedicámus Patrem
et Fílium cum sancto Spí-
ritu. *R.* Laudémus et su-
perexaltémus eum in sæ-
cula.

Ad Magnif. Aña. Grátias
tibi Deus, grátias tibi vera
et una Trínitas, una et
summa Déitas, sancta et
una Unitas.

Oratio.

Omnípotens sempitér-
ne Deus, qui dedi-
sti fámulis tuis in confes-
sióne veræ fidei, æternæ
Trinitatis glóriam agnó-
scere, et in poténtia ma-
jestátis adoráre Unitátem:
quæsumus, ut ejúsdem
fidei firmitáte, ab ómni-
bus semper muniámur ad-
vérsis. Per Dóminum.

Et fit **Commemoratio**
Dominicæ primæ post
Pentecosten.

Añã. Lóquere Dómine,
quia audit servus tuus.

V. Vespertina oratio
ascéndat ad te Dómine.

R. Et descéndat super
nos misericórdia tua.

Oratio.

DEus in te sperantium
fortitúdo, adesto propi-
tius invocatióibus no-
stris: et quia sine te nihil
potest mortális infirmitas,
præsta auxiliúm grátiae
tuæ; ut in exsequendis
mandátis tuis, et voluntá-
te tibi et actiõe placeá-
mus. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitorium. Deum ve-
rum, unum in Trinitáte,
et Trinitátem in Unitáte,
* Veníte adorémus.

Ps. Veníte. 2.

Hymnus.

Summæ Parens cle-
méntiæ,
Mundi regis qui máchi-
nam,
Unius et substántiæ,
Trínusque persónis Deus.
Da dexteram surgenti-
bus,
Exsúrgat ut mens sóbria,
Flagrans et in laudem Dei
Grates repéndat débitas.

Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Cum Spíritu Paráclito,
In sempitérna sæcula.

Amen.

In I. Nocturno.

Añã. Adesto unus Deus
omnípotens, Pater, Fílius,
et Spíritus sanctus.

Psalmi ut in primo No-
cturno de Communi Vir-
ginum. [126]

Añã. Te unum in sub-
stántia, Trinitátem in per-
sónis confitémur.

Añã. Te semper idem
esse, vívere, et intelligere,
profitémur.

V. Benedicámus Patrem
et Fílium cum sancto Spí-
ritu. **R.** Laudémus et su-
perexaltémus eum in sæ-
cula.

De Isaía Prophéta.

Lectio j. **Cap. vj.**

IN anno, quo mór-
tuus est rex Ozías,
vidi Dóminum sed-
éntem super sólium excé-
lsum et elevátum: et ea
quæ sub ipso erant, replé-
bant templum. Séraphim
stabant super illud: sex
alæ uni, et sex alæ álteri:
duábus velábant fáciem
ejus, et duábus velábant
pedes ejus, et duábus vo-
lábant. Et clamábant alter

ad álterum, et dicébant:
Sanctus, sanctus, sanctus,
Dóminus Deus exercí-
tuum, plena est omnis
terra glória ejus. Et com-
móta sunt superliminária
cárdinum a voce clamán-
tis, et domus repléta est
fumo.

R. Vidi Dóminum sedén-
tem super sólium excél-
sum et elevátum, et plena
erat omnis terra majestáte
ejus. * Et ea, quæ sub ipso
erant, replébant templum.
V. Séraphim stabant su-
per illud: sex alæ uni, et
sex alæ álteri. — Et ea.

Lectio ij.

ET dixi: Væ mihi, quia
tácui, quia vir pol-
lútus lábiis ego sum, et
in médio pópuli pollúta
lábina habéntis ego hábito,
et Regem Dóminum exer-
cítuum vidi óculis meis. Et
volávit ad me unus de Sé-
raphim, et in manu ejus
cálculus, quem fórcipe
túlerat de altári. Et tétigit
os meum, et dixit: Ecce
tétigit hoc lábia tua, et
auferétur iniquitas tua, et
peccátum tuum mundá-
bitur. Et audívi vocem
Dómini dicéntis: Quem
mittam? et quis ibit no-
bis? Et dixi: Ecce ego,
mitte me.

R. Benedictus Dóminus
Deus Israel, qui facit mira-
bília magna solus: * Et
benedíctum nomen maje-
státis ejus in ætérnum.
V. Replébitur majestáte
ejus omnis terra: fiat, fiat.
— Et benedíctum.

Lectio iij.

ET dixit: Vade, et di-
ces pópulo huic: Au-
díte audiétes, et nolíte
intelligere; et vidéte visi-
onem, et nolíte cognóscere.
Excæca cor pópuli hujus,
et aures ejus claudé: neforte
videat óculis suis, et áuri-
bus suis áudiat, et corde
suo intélligat, et conver-
tátur, et sanem eum. Et
dixi: Usquequo Dómine?
Et dixit: Donec desolén-
tur civitátes absque habi-
tatóre, et domus sine
hómine, et terra relinqué-
tur desérta. Et longe fá-
ciet Dóminus hómnes, et
multiplicábitur quæ de-
relicta fúerat in médio
terræ.

R. Benedicat nos Deus,
Deus noster, benedícat
nos Deus: * Et métuant
eum omnes fines terræ.
V. Deus misereátur no-
stri, et benedícat nos Deus.
— Et métuant. Glória Pa-
tri. Et métuant.

In II. Nocturno.

Añã. Te invocamus, te laudamus, te adoramus, o beata Trinitas.

Psalmus rlvj.

Mnes Gentes plaudite manibus: * jubilate Deo in voce exsultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis: * et Gentes sub pedibus nostris.

Eligit nobis hereditatem suam: * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilo: * et Dominus in voce tubae.

Psallite Deo nostro, psallite: * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terrae Deus: * psallite sapienter.

Regnabit Deus super Gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: * quoniam dii fortes terrae vehementer elevati sunt.

Añã. Te invocamus, te laudamus, te adoramus, o beata Trinitas.

Añã. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata Trinitas.

Psalmus rlvj.

Magnus Dominus, et laudabilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exsultatione universae terrae mons Sion, * latera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terrae congregati sunt: * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in aeternum.

Suscipimus Deus misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terrae: * justitia plena est dextera tua.

Laetetur mons Sion, et exsultent filiae Judae, * propter judicia tua Domine.

Circumdante Sion, et complectimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * et distribuite domos ejus, ut enaretis in progénie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum, et in saeculum saeculi: * ipse reget nos in saecula.

Añã. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata Trinitas.

Añã. Libera nos, salva nos, vivifica nos, o beata Trinitas.

Psalmus lxxj.

Deus judicium tuum Regi da: * et justitiam tuam filio regis:

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum: * et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus: * et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis: * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare: * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo prouident Aethiopes: * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulae munera offerent: * reges Arabum et Saba dona adducunt:

Et adorabunt eum omnes reges terrae: * omnes Gentes seruiant ei:

Quia liberabit pauperem a potente: * et pauperem, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi et inopi: * et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: * et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiae, et adorabunt de ipso semper: * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium.

superextollétur super Líbanum fructus ejus : * et florébunt de civitaté sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ : * omnes Gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus :

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum : * et replébitur majestáte ejus omnis terra : fiat, fiat.

Añã. Líbera nos, salva nos, vivífica nos, o beáta Trínitas.

℟. Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli. **℞.** Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Ex libro sancti Fulgéntii Epíscopi, de fide ad Petrum. **Inter opera Augustini, tom. iij.**

Lectio íb.

Ides, quam sancti Patriárchæ atque Prophætæ ante incarnationem Fílii Dei divínus accepérunt, quam etiám sancti Apóstoli ab

ipso Dómino in carne pósito audiérunt, et Spíritus sancti magistério instrúcti non solum sermone prædicavérunt, verum etiám ad instructiónem salubérrimam posterórum scriptis suis índitam reliquérunt, unum Deum prædicat Trinitátem, id est, Patrem, et Fílium, et Spíritum sanctum. Sed Trínitas vera non esset, si una eadémque persóna dicerétur Pater et Fílius et Spíritus sanctus.

℞. Quis Deus magnus sicut Deus noster? * Tu es Deus, qui facis mirabília. **℟.** Notam fecísti in pópulis virtútem tuam, redemísti in bráchio tuo pópulum tuum. — Tu es Deus.

Lectio v.

Senim, sicut est Patris, et Fílii, et Spíritus sancti una substántia, sic esset una persóna : nihil omnino esset, in quo veráriter Trínitas dicerétur. Rursus quidem Trínitas esset vera, sed unus Deus Trínitas ipsa non esset, si quemádmódum Pater, et Fílius, et Spíritus sanctus personárum sunt ab invicem proprietáte distícti,

sic fuissent naturárum quoque diversitaté discrétí. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitáte, non solum quod unus Deus est, sed etiám quod Trínitas est, naturalíter verum est : proptérea ipse verus Deus in persónis Trínitas est, et in una natúra unus est.

℞. Tibi laus, tibi glória, tibi gratiárum áctio in sæcula sempitérna, * O beáta Trínitas. **℟.** Et benedíctum nomen glóriæ tuæ sanctum et laudábile, et superexaltátum in sæcula. — O beáta.

Lectio vi.

PER hanc unitátem naturálem totus Pater in Fílio, et Spíritu sancto est, totus Fílius in Patre, et Spíritu sancto est, totus quoque Spíritus sanctus in Patre, et Fílio. Nullus horum extra quemlibet ipsórum est : quia nemo álium aut præcédit æternitaté, aut excédit magnitúdine, aut súperat potestáte : quia nec Fílio, nec Spíritu sancto, quantum ad natúræ divínæ unitátem pertinet, aut antérior, aut major Pater est : nec Fílii ætérnitas, atque imménsitas, velut antérior, aut

major, Spíritus sancti imménsitaté, æternitatémque aut præcédere, aut excédere naturalíter potest.

℞. Magnus Dóminus, et laudábilis nimis : * Et sapiéntiæ ejus non est número. **℟.** Magnus Dóminus, et magna virtus ejus : et sapiéntiæ ejus non est finis. — Et. Glória Patri. Et.

In III. Nocturno.

Añã. Cáritas Pater est, grátia Fílius, comunicátio Spíritus sanctus, o beáta Trínitas.

Psalmi ut in iij. Noct. de Communi Virg. [134]

Añã. Verax est Pater, véritas Fílius, véritas Spíritus sanctus, o beáta Trínitas.

Añã. Pater et Fílius et Spíritus sanctus una substántia est, o beáta Trínitas.

℟. Verbo Dómini cœli firmáti sunt. **℞.** Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Lectio sancti Evangélli secúndum Matthæum.

Lectio vii. Cap. xxvii. d

IN illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Data est mihi omnis poté-

stas in cœlo et in terra. Eúntes ergo docéte omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Nazianzénii.

In Tract. de fide, post init.



uis Catholicórum ignórat, Patrem vere esse Patrem, Fílium vere esse Fílium, et Spíritum sanctum vere esse Spíritum sanctum? sicut ipse Dóminus ad Apóstolos suos dicit: Eúntes baptizáte omnes Gentes in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Hæc est perfectá Trínitas in unitáte consistens, quam scílicet unius substántiæ profitémur. Non enim nos secúndum córporum conditiónem, divisiónem in Deo fácimus: sed secúndum divínæ natúræ poténtiam, quæ in matéria non est, et nóminum persónas vere constáre credímus, et unitátem divinitátis esse testámur.

R. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spírítu: * Laudémus et superexaltémus eum in sæcula. *V.* Benedictus es Dómine in firmaménto

cœli, et laudábilis et glóriósus in sæcula. — Laudémus.

Bened. Divínium auxiliúm.

Lectio viij.

NEC extensióem partis alicújus ex parte, ut quidam putavérunt, Dei Fílium dícimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis accípimus: sed tria nómina, et tres persónas, unius esse esséntiæ, unius majestátis, atque poténtiæ credímus. Et ideo unum Deum confitémur: quia únitás majestátis, plúrium vocábulo deos próhibet appellári. Dénique Patrem, et Fílium cathólice nominámus: duos autem Deos dícere, nec póssumus, nec debémus. Non quod Fílius Dei Deus non sit, imo verus Deus de Deo vero: sed quia non aliúnde, quam de ipso uno Patre, Dei Fílium nóvimus, perinde unum Deum dícimus. Hoc enim Prophétæ, hoc Apóstoli tradidérunt: hoc ipse Dóminus dócuit, cum dicit: Ego et Pater unum sumus. Unum ad unitátem divinitátis, ut dixi, refert: sumus autem, persónis assignat.

R. Duo Séraphim clamábant alter ad álterum: * Sanctus, sanctus, sanctus, Dóminus Deus Sábaoth: * Plena est omnis terra glória ejus. *V.* Tres sunt qui testimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt. — Sanctus. Glória Patri. Plena est.

Bened. Per evangélica dicta.

Lectio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio ij. Cap. vj. e

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Estóte misericórdes, sicut et Pater vester misericors est. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi. *Serm. xv. in Evang. Matth. de Verbis Domini, post initium.*



UO sunt ópera misericórdiæ, quæ nos líberant, quæ breviter ipse Dóminus pósuit in Evangélio: Dimittite, et dimittétur vobis: Date, et dábitur vobis. Dimittite, et dimittétur vobis, ad ignoscéndum pertinet: Date, et dábitur vobis, ad præstándum beneficium pertinet. Quod

ait de ignoscéndo, et tu vis tibi ignósci, quod peccas, et habes álium, cui tu possis ignóscere. Rursus, quod pertinet ad tribuéndum beneficium, petit te mendícus, et tu es Dei mendícus. Omnes enim quando orámus, mendici Dei sumus, ante jánuam magni Patris familias stamus, imo et prostérnimur, súpplices ingemíscimus, áliquid volétes accípere: et ipsum áliquid, ipse Deus est. Quid a te petit mendícus? Panem. Et tu quid petis a Deo, nisi Christum, qui dicit: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi? Ignósci vobis vultis, ignóscite: Remittite, et remittétur vobis. Accipere vultis: date, et dábitur vobis.

Te Deum laudámus. 18.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Glória tibi Trínitas * æquális, una Déitas, et ante ómnia sæcula, et nunc et in perpétuum.

Psalm. Dóminus regnávít. cum reliquis. 19.

2. Laus et perénnis glória * Deo Patri, et Filio, sancto simul Paráclito, in sæculórum sæcula.

3. Glória laudis * résó-
net in ore ómnium, Patri,
genitæque Proli, Spí-
ritui sancto páriter resúl-
tet laude perénni.

4. Laus Deo Patri, pari-
líque Proli, et tibi sancte
stúdio perénni Spíritus,
nostro résonet ab ore,
omne per ævum.

5. Ex quo ómnia, * per
quem ómnia, in quo óm-
nia : ipsi glória in sæ-
cula.

Capitulum. Rom. xj. d

O Altitúdo divitiárum
sapiéntiæ, et scién-
tiæ Dei : quam incom-
prehensibília sunt iudícia
ejus, et investigábiles viæ
ejus!

Hymnus.

TU Trinitátis Unitas,
Orbem poténter quæ
regis,
Atténde laudis cánticum,
Quod excubántes psállí-
mus.

Ortus refúlget lúifer,
Præitque solem núntius :
Cadunt tenébræ nóctium :
Lux sancta nos illúmi-
net.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæcu-
lum. Amen.

V. Benedicámus Patrem
et Fílium cum sancto Spí-
ritu. **R.** Laudémus et su-
perexaltémus eum in sæ-
cula.

Ad Bened. Aña. Benedí-
cta sit sancta, creátrix
et gubernátrix ómnium,
sancta et individua Trini-
tas, nunc, et semper, et
per infinita sæcula sæcu-
lórum.

Oratio.

O Mnípotens sempitérne
Deus, qui dedisti fá-
mulis tuis in confessióne
veræ fidei, æternæ Trini-
tátis glóriam agnóscere, et
in poténtia majestátis ad-
oráre Unitátem : quæsu-
mus, ut ejúsdem fidei fir-
mitáte, ab ómnibus sem-
per muniámur advérsis.
Per Dóminum

**Et sit Commem. Domi-
nicæ.**

Aña. Estóte ergo miseri-
córdes, sicut et Pater ve-
ster miséricors est, dicit
Dóminus.

V. Dóminus regnávit,
decórem índuit. **R.** Índuit
Dóminus fortitúdi-
nem, et præcínxit se vir-
túte.

Oratio.

Deus in te sperántium
fortitúdo, adéstó
propítius invocatióibus

nostris : et quia sine te
nihil potest mortális infir-
mitas, præsta auxiliúm
grátiae tuæ; ut in exse-
quéndis mandátis tuis, et
voluntáte tibi et actióne
placeámus. Per Dóminum
nostrum.

**Ad Primam, Psalmi ut in
Festo duplici cum Sym-
bolo S. Athanasii.**

AD TERTIAM.

Capitulum. O altitúdo.
ut supra. 186.

R. br. Benedicámus Pa-
trem, et Fílium, * Cum
sancto Spíritu. Benedicá-
mus Patrem. **V.** Laudémus
et superexaltémus eum in
sæcula. Cum sancto. Gló-
ria Patri. Benedicámus.

V. Benedictus es Dómine
in firmaménto cœli. **R.** Et
laudábilis et gloriósus in
sæcula.

AD SEXTAM.

Capitulum. 2. Cor. xij. d

Grátia Dómini nostri
Jesu Christi, et carí-
tas Dei, et comunicatio
sancti Spíritus sit cum óm-
nibus vobis. Amen.

R. br. Benedictus es Dó-
mine, * In firmaménto
cœli. Benedictus. **V.** Et
laudábilis, et gloriósus in
sæcula. In firmaménto.
Glória Patri. Benedictus.

V. Verbo Dómini cœli
firmáti sunt. **R.** Et Spi-
ritu oris ejus omnis virtus
eórum.

AD NONAM.

Capitulum. 1. Joann. v. b

Tres sunt, qui testimó-
nium dant in cœlo :
Pater, Verbum, et Spíritus
sanctus; et hi tres unum
sunt.

R. br. Verbo Dómini,
* Cœli firmáti sunt. Verbo.
V. Et Spíritu oris ejus,
omnis virtus eórum. Cœli.
Glória Patri. Verbo.

V. Sit nomen Dómini be-
nedíctum. **R.** Ex hoc nunc,
et usque in sæculum.

AD VESPERAS.

**Aña et Capitulum ut in
Laudibus. 185.**

Psalmi de Dominica. 141.

Hymnus.

JAM sol recédit ígneus;
Tu lux perénnis Uni-
tas,

Nostris, beáta Trínitas,
Ínfunde amórem córdibus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecámur vespere;
Dignéris ut te súpplices
Laudémus inter Cœlites.

Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

V. Benedictus es Dómine in firmaménto cæli. **R.** Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Ad Magnificat, Aña. Te Deum Patrem ingénitum, te Fílium unigénitum, te Spíritum sanctum Paráclitum, sanctam et indivíduam Trinitátem, toto corde et ore confitémur, laudámus, atque benedicimus : tibi glória in sæcula.

Pro Comm. Domin. Aña. Nolíte iudicáre, ut non iudicémini : in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, dicit Dóminus.

V. Dirigátur Dómine orátio mea. **R.** Sicut incensum in conspéctu tuo.

Oratio.

DEus in te sperántium fortitúdo, adéstote propítius invocatióibus nostris : et quia sine te nihil potest mortális infirmitas, præsta auxiliúm grátiae tuæ ; ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actiône placeámus. Per Dóminum.

FERIA SECUNDA.

Omnia dicuntur ut in Psalterio, cum Oratione præcedentis Domin. Deus in te. **ut supra.**

Hac nocte ponuntur libri Regum, de quibus legitur usque ad Dominicam primam Augusti : si quid vero de his libris supersit adveniente dicta Dominica, omittitur.

Incipit liber primus Regum.

Lectio j. Cap. j.

Regit vir unus de Ramáthaim sophim, de monte Ephraim, et nomen ejus Elcana, filius Jéroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus : et hábit duas uxóres, nomen uni Anna, et nomen secúndæ Phenénna. Fuerúntque Phenénnae filii : Annæ autem non erant líberi. Et ascendébat vir ille de civitaté sua statútis diébus, ut adoráret et sacrificáret Dómino exercítuum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni et Phínees, sacerdótes Dómini.

R. Præparáte corda vestra Dómino, et servíte illi soli : * Et liberábit vos de mánibus inimicórum vestrórum. **V.** Convertímini ad eum in toto corde vestro, et auférte deos aliénos de médio vestri. — Et liberábit.

Lectio ij.

VEnit ergo dies, et imolávit Elcana, déditque Phenénnae uxóri suæ, et cunctis filiis ejus, et filiabus partes : Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligébat. Dóminus autem conclúserat vulvam ejus. Affligébat quoque eam æmula ejus, et vehementer angébat, in tantum, ut exprobráret quod Dóminus conclusisset vulvam ejus : sicque faciébat per singulos annos, cum redeúnte témpore ascenderent ad templum Dómini : et sic provocábat eam. Porro illa flebat, et non capiébat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus : Anna, cur fles? et quare non cómedis? et quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego mélior tibi sum, quam decem filii?

R. Deus ómnium exauditor est : ipse misit Angelum suum, et tulit me de óvibus patris mei : * Et unxit me unctiône misericórdiae suæ. **V.** Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, et de manu bestiae liberávit me. — Et unxit.

Lectio iij.

Surréxit autem Anna postquam comédérat, et bíberat in Silo. Et Heli sacerdoté sedénte super sellam ante postes templi Dómini, cum esset Anna amáro ánimo, orávit ad Dóminum, flens lárgiter, et votum vovit, dicens : Dómine exercítuum, si respiciens vidéris afflictiónem fámulae tuæ, et recordátus mei fueris, nec oblítus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem : dabo eum Dómino ómnibus diébus vitæ ejus, et novácula non ascéndet super caput ejus.

R. Dóminus, qui eripuit me de ore leónis, et de manu bestiae liberávit me : * Ipse me erípiet de mánibus inimicórum meórum. **V.** Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam : ánimam meam eripuit de médio catulórum leónum. — Ipse me. **Glória Patri.** Ipse me.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum.

Lectio j. Cap. j. b

Regit autem, cum illa multiplicáret preces coram Dómino, ut Heli ob-

serváret os ejus. Porro Anna loquebátur in corde suo, tantúmque lábia illius movebántur, et vox pénitus non audiebátur. Æstimávit ergo eam Heli temuléntam, dixitque ei : Usquequo ébria eris? dígere paulisper vinum, quo mades. Respóndens Anna, Nequáquam, inquit, dómine mi : nam múlier infélix nimis ego sum, vinúmque et omne quod inebriáre potest, non bibi, sed effúdi ánimam meam in conspéctu Dómini. Ne réputes ancíllam tuam quasi unam de filiábus Bélial : quia ex multítudine dolóris, et mœroris mei locúta sum usque in præsens. Tunc Heli ait ei : Vade in pace : et Deus Israel det tibi petitióne tuam, quam rogásti eum. Et illa dixit : Útinam véniat ancilla tua grátiam in óculis tuis.

℞. Percússit Saul mille, et David decem míllia :
* Quia manus Dómini erat cum illo : percússit Philisthæum, et ábstulit oppróbrium ex Israel.
℞. Nonne iste est David, de quo canébant in choro, dicétes : Saul percússit mille, et David de-

cem míllia? — Quia manus.

Lectio ij.

ET ábiit múlier in viam suam, et comédit, vultúsque illius non sunt ámplius in díversa mutáti. Et surrexérunt mane, et adoravérunt coram Dómino : reversíque sunt, et venérunt in domum suam Rámatha. Cognóvit autem Elcana Annam uxórem suam : et recordátus est ejus Dóminus. Et factum est post circulum diérum, concépit Anna, et péperit filium, vocavitque nomen ejus Sámuél : eo quod a Dómino postuláset eum. Ascéndit autem vir ejus Elcana, et omnis domus ejus, ut immoláret Dómino hóstiam solémnem, et vótum súum, et Anna non ascéndit : dixit enim viro suo : Non vadam, donec ablactétur infans, et ducameum, ut appareat ante conspéctum Dómini, et máneat ibi júgiter.

℞. Montes Gélboe, nec ros nec plúvia véniant super vos : * Ubi cecidérunt fortes Israel. ℞. Omnes montes, qui estis in circúitu ejus, vísitet Dóminus : a Gélboe autem tránseat. — Ubi cecidérunt.

Lectio iij.

ET ait ei Elcana vir suus : Fac quod bonum tibi vidétur, et mane donec ablactes eum : precórque ut ímpleat Dóminus verbum suum. Mansit ergo múlier, et lactávit filium suum, donec amovérret eum a lacte. Et addúxit eum secum, postquam ablactáverat, in vítulis tribus, et tribus módiis farinae, et ámphora vini, et addúxit eum ad domum Dómini in Silo. Puer autem erat adhuc infántulus : et immolavérunt vítulum, et obtulé- runt púerum Heli. Et ait Anna : Obsecro mi dómine, vivit ánima tua dómine : ego sum illa múlier, quæ steti coram te hic orans Dóminum. Pro púero isto orávi, et dedit mihi Dóminus petitióne meam, quam postulávi eum. Idcirco et ego commodávi eum Dómino cunctis diébus, quibus fúerit commodátus Dómino. Et adoravérunt ibi Dóminum.

℞. Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dóminus, et pósuite páscere gregem pópuli mei : * Et fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti, firmans regnum tuum in ætérnum.

℞. Fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnórum qui sunt in terra : et réquiem dedi tibi ab ómnibus inimícis tuis. — Et fui. Glória Patri. Et fui.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

Lectio j.

Cap. ij. c

Iorro filii Heli, filii Bélial, nescientes Dóminum, neque officium sacerdotum ad pópulum : sed quicúmque immoláset víctimam, veniébat puer sacerdotis, dum coqueréntur carnes, et habébat fuscínulam tridéntem in manu sua, et mittébat eam in lebétem, vel in caldáriam, aut in ollam, sive in cácabum : et omne, quod levábat fuscínula, tollébat sacerdos sibi. Sic faciébant univérso Israéli veniéntium in Silo.

℞. Peccávi super número arénæ maris, et multiplicáta sunt peccáta mea : et non sum dignus vidére altitúdinem cœli præ multítudine iniquitátis meæ : quóniam irritávi iram tuam, * Et malum coram te feci. ℞. Quóniam iniquitatem meam ego cognóscó : et delictum meum contra

me est semper, quia tibi soli peccávi. — Et malum.

Lectio ij.

Etiam ántequam adolérent ádipem, veniébat puer sacerdotís, et dicébat immolánti : Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti : non enim accípíam a te carnem coctam, sed crudam. Dicebátque illi ímmolans : Incendátur primum juxta morem hódie adeps, et tolle tibi quantumcúmque desiderat ánima tua. Qui respóndens aiébat ei : Nequáquam : nunc enim dabis, alióquin tollam vi. Erat ergo peccátum puerórum grande nimis coram Dómino : quia retrahébant hómínes a sacrificio Dómini.

R. Exaudísti Dómine oratióem servi tui, ut ædificárem templum nómini tuo : * Bénedic, et sanctífica domum istam in sempitérnum, Deus Israel. **V.** Dómine, qui custódis pactum cum servis tuis qui ámbulant coram te in toto corde suo. — Bénedic.

Lectio iij.

Samuél autem ministrábat ante faciém Dómini, puer, accíntus ephod líneo. Et túnícam

parvam faciébat ei mater sua, quam áfferébat státútis diébus, ascéndens cum viro suo, ut immoláret hóstiam solémnem. Et benedíxit Heli Elcanæ, et uxóri ejus : dixítque ei : Reddat tibi Dóminus semen de muliere hac, pro fénore quod commodásti Dómino. Et abiérunt in locum suum. Visitávit ergo Dóminus Annam, et concépit, et péperit tres filios, et duas filias : et magnificátus est puer Sámuél apud Dóminum.

R. Audi Dómine hymnum, et oratióem, quam servus tuus orat coram te hódie : ut sint óculi tui apérti, et aures tuæ inténtæ, * Super domum istam die ac nocte. **V.** Respice Dómine de sanctuário tuo, et de excélsó cœlórum habitáculo. — Super. **Gloria.** Super.

FERIA QUINTA

celebratur

Festum Corporis Christi.

Si ea die occurrat Festum duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam : si occurrat aliud Duplex vel aliquod Semiduplex aut Simplex, de eis nihil fit.

Infra Octavam non fit de Festo, nisi fuerit Duplex : Semiduplicia tantum commemorantur in utrisque Vesperis et Laudibus sine nona Lectione ; nec fit de Festo duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ translato, nisi sit j. vel ij. classis ; de Simplici fit tantum Commemoratio

absque nona Lectione de eo : nisi occurrat in Festo duplici, quod non sit j. classis.

Die vero Octava non fit nisi de Duplici primæ classis cum Commemoratione ejusdem diei Octavæ ; et ij. Vesperæ dicuntur sine ulla Commemoratione.

